

Regie Curie reservato, quod si processu ipsis reservatur hospitale jamdictum pro Massariis eisdem ad aliquod feudale servitium Curie Regali teneri illud pro preterito tempore, Prefate Regie Curie cum pena statuta in talibus teneantur. Predicta vero Masserie hee esse dicuntur videlicet: Massaria Casalis novi, Massaria S. Clerici, Massaria fogie, Massaria Borgonioni, Massaria Salparum, Massaria Trinitatis, Massaria Sancte Marie de Salinis. Massaria Belmontis. Massaria lame, et Massaria Bersentini. Datum Neapoli, per eundem dominum Bartholomeum de Capua logothetam et pronotharium Regni Sicilie, anno domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo quarto. Die ultimo aprilis septime Indictionis. Regnorum dicti patris nostri anno quinto decimo. Noviter autem Religiosus idem nostram presentiam adiens exposuit convenientius, quod auctoritate prescriptarum licterarum ducis prefati Masserie que continebantur, in eisdem licteris fuerunt sibi sue molestie tedio resignate patri quarum resignationem factam ei ad subscripta bona hospitalis prefati, que idem exponens non feudalia similiter asserit. Manus tuas tu Iustitiero extendisti illaque statuti pro parte Curie procurastis, ad quod oportuna nostra provisione petita vobis presentium tenore mandamus quatinus nisi constet vobis predicto Iustitiero statutis bona ipsa esse feudalia illa cum fructibus si qui exinde medio tempore sint percepti exponetis. prefato seu aliis pro parte hospitalis ejusdem restituere sine morositas prepedio studeatis. Nostre Curie reservato, quod si processu temporis recipiatur hospitale jamdictum pro bonis ipsis ad aliquid teneri predicta nostre Curie feudale servitium seu adohantia illud pro preterito tempore, quo inventum fuerit, ne ejus prestacione cessatum prestare ipsi curie cum pena statuta in talibus sic astricis. Predicta vero bona hee esse dicuntur videlicet: Bona sita in civitate Termoli, bona sita in castro Guillonisii, bona sita in campo Marino. Bona sita in posta cannoni. Bona sita in Sancto Martino in pensulis. Bona sita in Rocella. Bona sita in Civitate. Bona sita in Alberona et bona sita in Manfridonia — Datum Neapoli per eundem dom. Batholomeum de Capua militem logothetam et prothonotarium Regni Sicilie anno domini MCCCXXIV. Die XXVIII, Maji, XII Indit: Regnorum nostrorum anno XVI.

N. 95.

A. D. 1324

(27 giugno; Indiz. II)

| | |
|----------------------|--|
| <i>Provenienza</i> | Cattedrale. |
| <i>Data di luogo</i> | Barletta. |
| <i>Rogatario</i> | (manca). |
| <i>Descrizione</i> | Taglio rettang: alt. m. 0,15 e mezzo; larg. m. 0,29. In carta bombacina. |
| <i>Scrittura</i> | Gotica. |
| <i>Contenuto</i> | <i>Rogerius</i> di Barletta, Arcidiacono di Rapolla e vicario dell'Arcivescovo trapanese, esige dal procuratore del Capitolo di S. Maria di Barletta, <i>D. Francus de Lilla</i> , la quarta parte della decima in tarì 15 e grana 17. |
| <i>Osservazione</i> | L'anno della pergamena si è calcolato dagli anni dell'Arcivescovo di Trani. |
| <i>Bibliografia</i> | Inedita. |

Mense Iunii. Die vicesimo septimo eiusdem, septime Indictionis, apud Barolum. Nos Rogerius de Barolo Archydiaconus Rapollanus. ac Reverendi in christo patris et domini domini Bartholomei, dei et Apostolice sedis gratia Tra-